



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 52. Papæ Epistolæ de Orientalium Causa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. A.C. 521. derant; rogabant, ut Ecclesiis Pacem per-  
 fectam daret, addiderant Fidei suæ Pro-  
 fessionem, recipiebant quatuor Concilia,  
 Nestorianos, Eutychianosque damna-  
 bant. Verum Dioscoro Papæ Legato  
 Libellus iste, cum illum Constantinopoli  
 vidisset, non probabatur, & conjicere li-  
 cet, causam fuisse, quod in eo dicatur;  
*unum ex Trinitate fuisse incarnatum.*

p. 1543.

## §. LII.

*Papæ Epistolæ de Orientalium  
Causa.*

*Ep. Just.* Legati Constantinopolitani Hyemem  
 Romæ exegerunt; quia vero hæc  
 mora nimis longa Justiniano videbatur,  
 datis litteris instabat, ut eos Papa dimit-  
 teret. (\*) Tandem dimisit illos sub finem  
 Mensis Martii 521. pluresque Litteras iis-  
 dem ferendas tradidit. Duas ad Epipha-  
 nium, in quarum altera significat, Lega-  
 tos advenisse, & Dona Ecclesiæ S. Petri at-  
 tulisse. In altera, quæ multo amplior est,  
 mentem suam explicat Papa in Causa tot  
 Ecclesiarum, Episcoporum suorum Nomi-  
 na delere recusantium. *Id fac, inquit,  
 quod faceres, si in meo consisteres lo-  
 co, si Petri Cathedram teneres, & cogita,*  
 de

*Ep. Just.*

p. 1549.

*Epist. 76.**Epist. 80.**to. 5. Conc.*

p. 151.

p. 154.

(\*) Justinianus jam exinde omnia in aula po-  
 tuisse videtur.

de hac ipsa Causa te Deo rationem reddi-  
 turum. In Litteris tuis nobis illos indi-  
 cabis, qui tibi Communione Ecclesiastica,  
 & per te Sacræ Sedi uniti fuerint, & Li-  
 bellorum, quos tradiderint, Summam inse-  
 res. Ita Severus, & socii ejus absolvi po-  
 terunt. Dum vero subjicientes se leniter  
 recipis, rejicies perseverantes in Hæresi,  
 aut qui se Catholicos simulant; & non nisi  
 verbis nobis consentiunt. Quod respicit  
 causam eorum, qui sunt Jerosolymæ, de  
 quibus etiam ad nos scripsisti; illud firmi-  
 ter teneant, quod Patres definierunt, præ-  
 sertim in Concilio Calcedonensi. Si ita-  
 que Sacræ Sedis Communionem sincere de-  
 siderant, mittant ad nos Fidei Professio-  
 nem, quam Legatis nostris Constantinopoli  
 tradiderunt, aut tibi illam tradant, ad  
 nos transmittendam.

Ep. 78.

Simul & in eadem causa Hormisdas  
 Papa, ad Imperatorem Justinum Episto-  
 lam dedit, in qua dicit: cavendum nobis  
 ab astutia illorum, qui ideo solum in hoc  
 negotio difficiles sunt, ut illa, quæ felici-  
 ter composita fuere, solvant; hinc ipsorum  
 in errore perseverantia causa est, quod eis  
 tam leniter ac prius indulgere non possi-  
 mus. Tandem ad Epiphanium scripsi, ut  
 illos, quos coram Deo dignos judicaverit,  
 & secundum formulam a me transmissam,  
 recipiat. Istæ Epistolæ omnes eadem die  
 26. Martii 521. datæ.

A a 3

Paulus,

**Sæculum VI.** Paulus, quem Imperator Patriarcham  
 A. C. 521. Antiochenum ordinari expulso Severo  
*Sup. §. 44.* curaverat, a Populo, aliisque Clericis  
 suis accusabatur, & multi apud Impera-  
 torem instabant, ut rem istam in Judicio  
 discuti permetteret. Timuit Paulus, ne,  
 si causa examinaretur in Judicio, pejorem  
 fortunam experiretur, atque stimulante  
 conscientia Libellum obtulit, in quo spon-  
 te sua Episcopatum abdicabat, petens li-  
 centiam aliquo se recipiendi, ubi quiete  
 reliquum vitæ tempus ageret. Hanc  
*to. 4. Conc. p. 1555.* rem Imperator, & Patriarcha Constanti-  
 nopolitanus Papæ prima die Maji, 521.  
 Justiniano, & Valerio Consulibus perscri-  
*Evagr. IV. p. 551.* pserunt. Paulo post hæc Paulus vitam  
*hist. c. 4.* posuit, cum Sedem Antiochenam tenuis-  
 set ferme annis duobus. Ipsi successit  
 Euphrasius Jerosolymita, & sedit annis  
 quinque.

## §. LIII.

*Liber Joannis Maxentii.*

*to. 4. Bibl. PP. p. 547. p. 551.* Joannes Maxentius Constantinopolim  
 reversus Librum scripsit contra Papæ  
 ad Possessorem Epistolam; simulat vero  
 se credere, illam ex Pontificis calamo non  
 fluxisse, sed partum esse cujusdam Mona-  
 chorum Scytharum Adversarii, qui Papæ  
 opus commentus esset. Queritur, ipsos  
 a Papa nullum impetrare potuisse respon-  
 sum, postquam Mensibus omnino qua-  
 tuorde-